Kulczyckich mutua Aduitalitas

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan
Premislien Nobiles Joannes Kulczycki Daszynic Nobilis olim sen Kulczycki Da
szynic cum olim Nobili Anastasia Kulczycka procreatus filius ab vna, et No
bilis Pazia Kulczycka olim Nobilis Wasilo Kulczycki Hubka cum Nobili Ma
rusia Czaykowska procreata filia praefati vero Nobilis Joannis Kulczycki Daszy
nic Consors legitima parte ab altera sani mentibus et corporibus existen
a Terris Districtibus, Iuridiis, Iurisdictionibusq suis quibusuis propriis
et competen recedendo. Praesenti vero Castren Capitaneali Premislien
Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijcien
palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quili
bet illorum secundum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem
praefata Nobilis Pazia Kulczycka cum mariti sui vti Tutoris Coniugalis
personali assistentia et vsione ad infrascripta recognoscenda consensu
sibi mutuo et inuicem vna pars alteri omnium generaliter bonorum suo
rum mobilium et immobilium haereditariorum et obligatoriorum summarumq
quarumuis pecuniariarum, necnon auri, argenti, clenodiorum, vnionum
margaritarum, vestium, vestimentorum, pecorum, pecudum, equorum
equitiorum ac totius supellectilis domesticae in quacunq forma et mate
ria existen, quae nunc habent et in post habent, mutuam aduitalitatem
et vsumfructum aduitalitium ad extrema duntaxat vitae vtriusq sui
temporis tantummodo et non vltra inscripserunt, concesserunt,
et assignauerunt, prout inscribunt concedunt, et assignant prae
sentibus tali videlicet modo; Quod si prius praefatum Maritum No
bilem Joannem Kulczycki Daszynic quam ipsam Nobilem Pazia
Kulczycka Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contin
gent, extunc eadem Nobilis Pazia Kulczycka Consors sua Bona su
prascripta omnia et summas pecun morte praedicti mariti sui
derelicta cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate compe
tentiaq et praerogatiua quauis omnibusq et singulis eorundem
vtilitatibus et vsufructibus tenebit habebit, et possidebit, illisq quie
te et pacifice vti fruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora

post Data vero praefatae Consorti exnunc praedicta bona et res gene-
raliter omnes Inscriptioni praesenti subiectas morte praedicti Mariti sui
derelictas ad successores praenominati Mariti sui sine quovis impedi-
mento et contradictione successorum eiusdem Consortis suae totaliter
et plenarie redibunt et devolventur. Similiter quoque si prius praefa-
tam Nobilem Barbaram Kulczycka Consortem suam quam Maritum ipsam
mori contigerit, extunc is idem Maritus suus bona suprascripta
omnia et res supramemoratas morte Consortis suae derelictas cum
omni eorundem bonorum, Iure, Dominio, proprietate, omnibusque et sin-
gulis eorundem bonorum utilitatibus, fructibus, proventibus, com-
modis emolumentis, attinentiisque et pertinentiis quibusvis universis tene-
bit, habebit, et possidebit, illisque quiete et pacifice utifruetur ad
extrema usque vitae suae tempora. Post mortem vero et de hac luce
decessum eiusdem Mariti sui extunc bona suprascripta omnia resque
memoratas morte praenominatae Consortis suae derelictas Inscriptioni
praesenti Advitalitiae subiectas ad Successores praefatae Consortis suae si-
ne quavis contradictione et impedimento successorum memorati Mari-
ti sui redibunt et devolventur, devolvique debebunt. His suis per-
sonalibus Recognitionibus ad praemissa omnia mediantibus.

Grochowski Perillustri et Adm. R^{do} Praeposito Moscicen. summam certam pecuniar. inscribit.

X

Ex Copia

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneali-
bus Praemisliensibus Generosus Olbrachtus à Grochowie Grochowski, olim Illustris et
Magnifici Feliciani ab eadem Grochowie Grochowski Castellani Praemisliensis fi-
lius, sanus mente et corpore existens, à Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdi-
ctionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi
Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum succes-
soribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando,
atque subiiciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia
Summam Mille Quingentorum florenorum Polon. per praefatum olim Magnificum Castella-
num Praemisliensem sui Recognoscentis Parentem à Generoso olim Stanislao Leniecki
pro-